



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conferentiæ Theologico Morales**

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum  
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,  
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione  
Excerptæ

**Sargar, Elisaeus**

**Augustæ Vindelicorum, 1720**

Quando restitutum. n. 458.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41194**

quandiu consuetos redditus, onera, &c. ut  
lic, quantum fieri potest, damna compensentur,

Quando.

CONFERENTIA. XXXXII.

Pœnitens obnoxius restitutioni eam pro-  
crastinat de anno in annum, usque dum  
veniat ad mortis articulum, in quo constitutus  
posset quidem facere restitutionem per se, ta-  
men potius vult eam in testamento hæredibus  
committre: an possit absolvi à Confessario  
ipsi assistente.

&. Talem pœnitentem obligatum fuisse ad  
restitutionem faciendam. I. quoad actum in-  
ternum, sive voluntatem restituendi, à primo  
instanti, quo agnovit, se esse possessorem rei  
alienæ. II. Quoad actum externum seu rea-  
lem restitutionem, pro prima commoda op-  
portunitate, quam habuit. III. Adeoque ob-  
ligari ad lucrum interim Creditori cessans, ac  
damnum emergens. IV. Nec posse absolvi,  
priusquam hæc omnia restituat, si sit restituen-  
do: ita per omnia communis.

Ratio primæ partis est: Quia præceptum  
restituendi, seu rem alienam non detinendi in-  
vito domino, est negativum, ac consequenter  
pro semper obligat: ergo si non in re, saltem  
in voto ac proposito, tenetur statim in primo  
instanti mathematico ad restitutionem; aliàs  
manet semper in proposito peccandi.

Ratio secundæ partis est: quia restitutio rea-  
lis

459. **l**is est quidam actus positivus externus, requi-  
rens moram temporis ad sui executionem: igitur  
necesse est, ut præceptum restituendi rea-  
liter obliget pro primo instanti, morali seu  
prima habita commoditate debitori possibili.

**R**atio tertiæ partis ex dictis constat: quia  
460. scil. possessor malæ fidei obligatur Creditori  
ad lucrum cessans ac damnum emergens: talis autem est possessor malæ fidei, qui scit,

461. se esse obnoxium restitutioni: igitur, &c.  
**R**atio denique 4tæ partis inde sumitur, siqui-  
dem talis dilatio solutionis est signum, pœnitentem non habere omnimodam voluntatem  
restituendi, sed solummodo conditionatam,  
scil. si moriatur: hæc autem intentio non  
sufficit ad veram pœnitentiam; quia includit  
animum ulterius peccandi, si eum contigerit  
non mori: igitur, &c.

462. **D**einde sanus potens restituere, ac nolens,  
non debet absolvi: ergo minus, qui mori  
proximus est, quia is vel maximè salutem ani-  
mæ suæ procurare debet. Denique experien-  
tiâ constat, similes debitorum restitutiones  
(maximè si sint occultæ) vel nunquam, vel  
non nisi tardissimè ab hæredibus fieri.

### CONFERENTIA, XXXIII.

463. **O**noxius restitutioni eam facere nequit nisi  
cum periculo animæ suæ vel suorum, vira